Vitae et passiones sanctorum

Lorsch (z.T. Arras ?), 1. Hälfte 9. Jh. u. Ende 9. Jh. Seite 111r



[ue]rum reparator & conditor. per quem & factus
homo & refectus est. per quem & concessa inmor
talitas. & uicta mors inducta per diabolum. sed
subacta per xpm. per quem & renati secunda natiui
tate sumus. si tamen peccare desinamus. quia pri
mam peccando uiolauimus. per quem hunc lucis
usum cum fratre commerui. neq; uita sine fratre
priuaui. a quo mundi censum cum luce suscepimus.
ob quem mundi censum pro inmortalitate distraxi
mus. ut pura tibi seruitia exhiberemus. si te pura
mente secutus sum. ut essem perfectior & a fratre
discessi. si te omnibus praeposui adfectibus. si te
in nocentibus filius solum quaesiui. si te in illo meae
carnis ergastulo. semper oraui. si & quod sum decep
tus a diabolo misericors fui. si quod non persuasus
sum admisisset. tamen tibi sine teste peccaui. si a te
statim lapsus cucurri. si tibi me reum cum fratre
optuli. cui sine fratre deliqui. si ut satis facerem
delicto huic uolui subiacere supplicio si me reum
feci ante iudicium si adte tum mea poena festino.
si satis feci poena. conuerte sententiam. si te ab
solutum testis hic populus qui est testis addicti. si
iam mereor ueniam solue uincula mea. si adhuc
poena superest. detur dilatio soluentur. ut haec
uictorinus ediderat. caelumq; ex serena parte con
tonuit. uincla q; arboris purior ignis absoluit.
Ruit in facie turba circumstans. & qui ceciderat
solus erectus est. Itaq; omnib. conlaudantib. dm
deductus est ad ecclesiam in qua degens sine cri
mine raptus breui ad antiternine urbis sacerdo
tium. Cumq; esset omnibus uirtutibus pollens ut
angelicus haberetur. choros meruit introire scorū.
Regnante dno nostro ihu xpo. qui uiuit & regnat
in saecula seculorum amen.

EXPL. UITA SCI UICTORINI.

INCIPIT PASSIO
SCORUM MARTYRUM
SIMPLICII. FAUSTINI. ET BEATRICIS
MEN. IUL. DIE XXVIIII

XXVIII.

TEMPORIBUS DIOCLETIANI ET MA
ximiani sceleratissimorum imperatorum.
multi xpianorum necati sunt in urbe roma
propter nomen dni nostri ihu xpi. eodem autē
tempore contigit ut [erat] quaedam beatrix nomine
& opere quae erat germana soror scorum simpli
cii & faustini. qui pro nomine dni nostri ihu xpi.
post multa ac diuersa supplicia quae inlata
sunt eis a carnificibus. iussi sunt capitalem su
bire sententiam. & corpora eorum ligato saxo
in colla eorum. sic mitterentur per pontem qui
uocatur lapideus in tiberinis rementa [quomodo] quorū
corpora di nutu inuenta sunt iuxta locum qui
appellatur sextum philippi [uia] portuense.
Tunc beata beatrix una cum beatis crispo &
iohanne presbyteris. & cum aliis xpianis. leua
[uit] uerunt corpora scorum martyrum simplicii
& faustini de fluuio. & sepe[li]uerunt [uit] ea in sexto
philippi. quarto kl augustas. & haec ut diximus
beata beatrix nomine eorum germana soror.
postea quam sepulturam suis fratrib. martyrib.
q; xpi fecit. tunc uenit ad uenerabilem lucinā.
& apud eam morata est per menses septem. In
quo omni spatio semper duae corniculae cum sin
gulis nucib. aduenerunt. factum est autē quo
dam quod fuerat beatae beatricis commune cum [sepreda]
fratribus. uicinus possessor [lucretius] ambiret. tunc ita
q; fecit teneri beatam beatricem. & duci ad sacrifi
candum nefandissimis idolis. Tunc beata beatrix
dixit ad eos. Ego non sacrifico demoniis. quia
xpiana sum. Tunc lucretius dixit ad eam. acce
de nunc & sacrifica magnis deis. dianae. & libera te
a diuersis suppliciis quae te expectant. Tunc
beata beatrix exclamauit uoce magna. dicens
ad eum. Numquam tibi bene sit lucreti. ego iam
tibi dixi quia xpiana sum. & dni mei ihu xpi sum an
cilla. & reprobis idolis tuis numquam sacrificabo.
Tunc iussit eam lucretius carcerarii custodiae man
cipari. quousq; de ea cogitaret. Cumq; in dī nomine

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0227